

Ethnica libertatem affererent, tributa vixigalia impo-  
nerent, Magistratus crearent, Senatum, a quo Regi-  
men omne politicum administraretur, erigerent, eique  
Patrium cum summo Imperio præfererent. Pontifici  
autem & Clero nihil præter Decimas & Primitias &  
culturum Ecclesiasticum reservarent. His seditionibus &  
armorum ciuilium tumultibus sepenumero coacti sunt  
Pontifices fuga evadere, Innocentius leto decubere,  
& pre anima mortis mori: quali etiam mortis &  
vulnere in capite a seditionis accepto ejus successor Lu-  
cius secundus interierit, exinde sub Eugenio tertio eo us-  
que invaluit Arnaldistitum furor, ut nobilium Roma-  
norum & Cardinalium domos, a parte Pontificis stan-  
tium, tota urbe sparsas, ad ulque fundamenta diruerint  
& opes diripuerint, & quoquaque tenere potuerunt,  
illarum dominos verberibus & insignibus contumeliis  
afficerent, atque in custodias incluserint, multosque oc-  
ciderint. Eugenius interim fuga consulens Viterbum  
se recepit. Qua occasione Bernardus objurgatorium  
script ad Romanos Ep. 242, nec non 243, ad Conra-  
dum Regem, quem hortatur, ut rebellis Romanos vi-  
ribus armorum, si secus reprimi nequeant, ad officium  
redigat.

15. Conradus anno denum 1152, vita excelsit, deinde Eugenius Papa anno 1153, quo eodem anno Bernar-  
dus ad superos migravit, cujus olim fuerat Eugenius  
monachus & discipulus. Conradus vicina morte regni  
Germanici successione testamento reliquit non filio  
Friderico eo quod minoris esset aetatis, sed fratri sui  
filio nomine pariter Friderico & cognomine Anobar-  
bo, Suevorum Duci, quam dispositionem comitia Ger-  
manica mox approbarunt. Hic in Italianum profectus pri-  
mo congressus cum Hadriano quarto Pontifice prostratus  
humi suis osculatus est pedes, sed solitus stratoris offi-  
cium recusavit exhibere: postquam vero postridie id of-  
ficium a praefectoribus communistratum est exhibiit, &  
qui praesentes aderant Principes, exhibendum judicaverint,  
alacriter ex functis est Fridericus, illumque præstato de-  
tuendis Ecclesia Romanae Juribus sacramento, Hadria-  
nus Imperialis corona redimivit anno 1155. Mox suspi-  
cas & irrequietum Friderici ingeauit rixarum ansam  
indecepit, quia cum Londoniensis Episcopus Roma-  
na ex urbe in Angliam remanserit, per Friderici ditionem  
iter haberet, captus a quibusdam impiis & spoliatus &  
peccato habitus esset, adhucque in custodia detineretur.  
Legatos ad Fridericum Hadrianus direxit cum litteris,  
quibus ex exercibili facinore in personam sacram ab  
impiis commissis conqueritus, & ejus vindicta a Fride-  
rico neglecta, rogans meminisset, quam propenso animo  
suprema Sedes illi plenitudinem potestatis contulisset,  
nec collati beneficii penitentem, qui potius nova alia  
quaunque licet beneficia, libertissime collataram.  
Officio ita litterae adeo sinistre ab Imperatore ejus-  
que corruptoribus circumstantibus aulicis accepta sunt,  
ut iussi fuerint Legati postridie primo mane recta via  
Romam citissime repeteret, atque prohibiti ad aliquem  
Episcopum vel Abbatem divertere; nec moratus est Fride-  
ricus, litteras circulares ad Principes, Respublicas, &  
Episcopos omnes transmiserit, in quibus veram reti-  
cens Legationis Pontificia causam, expulsum Hadriani  
ad se Legationem cum litteris direxisse, ad arroganter  
Augusto exprobrandum, non aliunde quam a Sum-  
mo Pontifice accepisse, declarans se per ele-  
ctionem Principium a solo Deo regnum & Imperium  
tenere: seque mortis pericula quevis ante subire para-  
tum, quam tanta confusio oppositum substatere.  
Edicto præterea subditis vetuit Romanum peregrinari. Ha-  
drianus proficisci Fridericum exitiosissimum schisma  
aperte moliri, alii quam mitissime litteris illius ani-  
mum effterat conatus est delinire, declarabimus se in  
prætentibus vocem beneficij nullatenus pro feudo acce-  
pisse, sed pro benevolo propensi animi benefacto, nec  
dare coronam, pro conferre pleno iure, sed pro im-  
pone capiti. Verumtamen Friderico multa injuria &  
facere & postulare non cessante, rixa prior quam citissime  
recrudiuit cum ipso Hadriano, quo paulo post ex hac  
vita subacto anno 1159, eique suscepit Alexander ter-  
tio, Fridericus Octavianum Pseudopontificem obtructum,  
a duobus schismaticis Cardinalibus promotum, postquam  
Alexander, eminentissimi viri meriti, fuerat reliquorum  
omnium Cardinalium suffragius electus. Nomen por-  
ro Victoris sibi Octavianus sumpsit. Quo apud Lu-  
cam Tusciam civitatem mortuo, a schismatis substitutus  
eidem fuit Guido Cremensis, quem Paschalem tertium  
nominarunt anno 1164 sequenti anno Alexander, qui  
in tutissimum refugium conceperat, Romanorum Le-  
gatione invitatus, in suam se recepit Romanam Se-  
dem.

16. At Fridericus anno 1167. in Italianum formidabi-  
lem duxit exercitum, & Romanum arcta obdizione cinxit,  
sed qui terrorem, incendia & vastitatem circumtulerat,

graflante in exercitu ejus pestilentia obdisionem solvit,  
& majori suorum parte amissa, vix incolumis in Ger-  
maniam evasit. Alxander pertinacem Ecclesiam persecu-  
torem Fridericum anathematice percellit, omnibusque ejus  
fautoris, illum regno & Imperio deponit, aliaque omni  
dictione, & ejus pridem subditos omni juramento &  
subjectionis fide solvit, imitatus praefectoris sui Gregori-  
i VII. exemplum, qui Henricum, simili patrarent,  
simili sententia in Concilio Romano damnaverat. Eodem  
anno, qui erat Christi 1168. Mediolanenses ur-  
bem suam, quam Fridericus ante paucos annos evert-  
erat, magna diligentia instaurant & communiant: Ale-  
xandria etiam nova civitas, sic a nomine Pontificis di-  
cta, loco commodissimo a Cremonensibus, Infusribus  
& Placentinis edificatur, ut sit aduersus Papinenses &  
Marchionem Montisferrati fautores Friderici validissi-  
mum in Longobardia propugnaculum. Ipse vero Fride-  
ricus altera in Italianum tentata expeditione, acie cum  
Mediolanensibus congressus, amissis armatorum viginti  
quingue milibus, in fugam agit Papiam se recepit,  
rebus suis desperatus, assumpto familiu habitu, cum  
aliis quinque famulis noctu abscessit, & vix sospes  
Alemanni repetit. Tot igitur fractus cladi bus &  
populis omni ex parte rebellibus pacem expetere compulsi-  
sus est: quo anno denum 1177. Venetiis, quo se  
Alexander receperat, eo quoque accedente Friderico,  
peracta est.

17. Orientis Imperium, mortuo Alexio Comneno,  
filio ejus Joannes seu Calojoannes capessit, invita  
& reniente matre Irene, qua in filiam Annam Ca-  
esarissam propensor, hujus gratia generum Biennium omnibus  
suis viribus & industria in Imperium provehere  
contendebat. Erat Caesaris versatilis & elegantis inge-  
nii semina, ut ejus historia, qua patris sui acta prole-  
cuta est, sat probat, longe auctus supra temporis  
illius barbariem, dignaque antiquiore & politiore Gra-  
cia. Sed ejus erat inexplorabilis ambitio, eam tamen post  
irritas & temerarias molitiones Joannes frater potesta-  
te, honoribus & libertate cumulavit. Idem religione  
& bellicis virtutibus ita præstis, ut neminem parem  
Byzantium Imperium post seniorem Theodosium habe-  
ret. Scythes enim & Hungaros insigibus victoris fu-  
dit, & trans Istrum fugavit, Triballos debellavit. Deinde  
traquicis in Orientem copias Persarmenos profiga-  
vit acie, atque innumeris hostium urbibus & arcis expug-  
navit, & Turcas in Asia graffantes victoriis suis re-  
prescit. Gloriam vero bellorum facinorum non sibi,  
sed divinis praestitis ascripsit, atque in regiam urbem  
victor rediens triumphum religione insignem indixit,  
alibus quadrigis effigiem Dei genitricis importavit curru  
triumphali circumduxit, ipse pedes incandes, & crucem  
manu gestans, templumque splendidissime oratum in-  
gressus publicas Deo grates rependit. Princeps vere in-  
juriarum & offenditorum obliuiosus, clemens & beneficis.  
Hanc tamen suis moribus labes alperit, quatenus  
vigente pace, nullaque provocatus injurya, Christiano  
Principi Raimundo Antiochianis dolis & proditione fru-  
stra conatus eripere, amplissime civitatis suburbia hosti-  
liter dici a suis, & agros undique valari jussit. Sed  
ejus ambitionem pœna mox comitata est. Nam dum in  
venatione aproprio suo venaculo transfixum urgat, ma-  
nus impetu ferre repulsa pharetram oblique suspensam &  
venenatis sagittis referunt erexit, quarum contactu  
fauci manu veneno latius serpente, paucis diebus &  
vita cessit anno 1183. Imperium moriturus Manuela filio  
juniori reliquit, posthabito majori natu Isaacio ut  
mido.

18. Manuel vafer & subdolus Princeps Christianis re-  
bus, que ad Latinos spectabant, infelix adeo fuit, ut  
cum Saracenis in illorum conspiraret exitum. Hic est,  
qui Conradi Germanorum, & Ludovici Francia Regum  
florentissimos exercitus, ad sacrum bellum proficisci-  
entes, omni perfidiam genere dispersidit. Filium reliquit  
impuberem Alexium Imperii heredem, quem Andronicus  
Manuelis Patriclus nondum absoluto Imperii triennio  
perinde necavit. Sed biennio post omnibus omnianas  
& quotidianas crudelitates invisus, dum Isaacio Angelo  
molitur necem, populari exorto tumultu comprehensus,  
oculo effuso alteraque amputata manu, camelio impos-  
itus, perque urbem a furente plebe traductus, multisque  
modis excruciatus, Dei tamen misericordiam assidue re-  
clamans, est interemptus; in hoc desit Comnenorum  
progenies anno 1185.

19. Ejusdem factio populi Isaacius Angelus delatum  
sibi Augusti nomen accepit, Fridericum Anobarbum per  
Thraciam & Asiam in Palæstinam properantem conatus  
intercipere, magno suo damno illius in se armis  
concavit. Denique ab Alexio Angelo fratre cum oculis  
eruptis illi est Imperium anno 1195. Isaaci Ange-  
li filius & ipse Alexii nomen habens, elusus custodibus,  
carceri, quo eum patrius incluserat, ac patria pro-  
fugus,

fugus, acceptis ab Occidentis Imperatore Philippo ad  
Francos & Venetos commendatibus litteris, ut ipsorum  
opera in regnum una cum patre restituere, (habet  
quippe Philippus in matrimonio Isaci filiam Irenem)  
Baldwinum Flandriæ, Ludovicum Blefensium, Stephano-  
num Pertensium, Henricum Fanipaulini Comites,  
Henricum Dandulam Venorum Principem, & Bonifaciu-  
m Montisferrati Marchionem, qui omnes ad sacra  
in Saracenos militiam nomina professi fuerant,  
ad societatem impulsi belli aduersus Alexium invasorem,  
qui Comneni nomen assumpserat. Federatorum Clafis  
in conspectu Byzantii proœcta est, factaque copiarum  
aliquot extensione terra marique amplissima civitas a  
paucis obdidetur, expugnatur, diripitur, incenditur, ty-  
ranus dilapsus Delbetus profugus anno 1203. Sequenti  
anno Alexius Dueus, dictus a Graecis Murzulus, ad-  
versus Isaci & filium Alexium regnantes rebellat,  
Isaciōque animam agentem Alexium Angelum arte elu-  
dit, & captum laqueo interimit anno 1204. quo eodem  
communi Principum federatorum confilio Balduno  
Flandrensis delatum est Constantinopolis Imperium. Su-  
predicta historie fusi perhibentur a Niceta Choniate  
Graeco.

20. In Gallia regno Ludovicus dictus junior, euidem  
nominis septimus, Alienoram, Willelmi, qui postmo-  
dum in album Sanctorum ascriptus est, Aquitanie Du-  
cis & Picavorum Comitis unicum filium, cum totali  
amplissimorum provinciarum successione accepérat uxori-  
am, quamque in Orientem secum adduxerat: Pertusus  
tamen ejus vita lascivioris, regresus a sacra expeditio-  
ne, postquam in Concilio Baugenciaci explorator fuit  
inter Ludovicum & Alienoram cognitionis impedimentum,  
ut scribit Sugerius, Rex cum illa divortium fecit,  
& Mariam Alphonse VII. Hispania Regis filiam conju-  
gum duxit. Hoc divortio admodum debilitatum est Fran-  
cia regnum, & Anglis amulis ac perpetuis hostibus ultra  
modum succrevit fatalis Gallico regno potentia, qui  
cum iam Normannia Ducatum & Andegavensium Co-  
mitatum possiderent intra Galliam, Aquitanie Picavorum  
provinciis ditati sunt per nuptias, quas Alienora  
rejecta anno insequenti cum Henrico Normannia Du-  
ce & Picavensium Comite ejusque nominis secundo  
Anglorum Rego contraxit. Unde atrox ingruit de Aqui-  
tanis possessione bellum inter ambos Reges. Hic Hen-  
ricus ille est, qui gravissimas aduersus Thomam Can-  
tuariensem Episcopum jura & immunitates Ecclesie con-  
stanter tuenter excitavit turbas, exilia, proscriptiones,  
& cujus mortem a sicariis in Ecclesia illata anno 1171.  
publica luit pœnitentia.

21. Anno 1118. infinitus est Templariorum militum  
Ordo, quorum erat habitatio prima juxta Porticum Je-  
rosolymitanum Templi, unde sortiti sunt nomen; eorum  
autem erat officium in Palæstinam peregrinantes deducere,  
atque a Saracenorum injuris tueri. Ordo vero Hos-  
pitaliorum Sancti Joannis Jam inde ab anno 1104. au-  
tore Joanne Gerardo Provinciali ex oppido Maricensi  
ortum duxit. Horum munus versabatur in suscipiendo  
peregrinus, Sepulcrum Christi audeantibus, quibus nec-  
essaria queque ad victimum suppeditabant, qui Ordo Iatius  
propagatus ad susceptionem peregrinorum adjunxit sub  
Prefecto ac Magistro generali Raymundo a Podio, No-  
bili Gallo, munia militaria, ad reprehendam infidelium  
viam. Hi primas apud Jerofolymam fides Ordinis sui con-  
stituerunt, sed illa urbe a Saracenis expugnata Ptolemai-  
dem, munitissimum Palæstinæ portum, diuturno tempore  
magna virtute aduersus Saracenos propugnarunt. Atta-  
men prevalentibus infidelium armis, & deficientibus  
Christianorum auxiliis, inde Rhodus commigrarunt, in  
qua innumeris virtutum & fortitudinis specimina edide-  
runt, sed Turcarum viribus inde quoque abscedere coa-  
cti, Melitam translati, eo veluti propagnaculo imme-  
nus hostium Christi potentiam coerent. Sub Innocen-  
tio tertio Pontifice Teutonicorum militum Ordo Cruce-  
nigra super alba vete insigni florere cepit, ad quem non  
admittuntur alii, quam nobiles Germani, quibus  
se postmodum Livonienses milites adjunxerunt.

22. Diversi præterea Conobitarum Ordines hoc seculu-  
m illustrarunt, inter quos celebrantur Præmonstratenses,  
Canonicī regularē strictriorē observantē, quos pri-  
mū in Diocesi Laudunensi fundavit Norbertus, postmodum  
Archiepiscopus Magdeburgensis. Cisterciensium  
Ordo pridem a facculo precedenti sua habuit exordia  
ex anno 1098. auctore Roberto Molisensi Abate; sed  
eundem antea obscurum mirifice propagavit & deco-  
ravit præfanti facculo Bernardus Abbas Clarevallen-  
sis. Fontis Ebraldi utriusque sexus institutum, in quo viri  
Religiosi sub feminæ Abbatissæ cura reguntur, hoc fac-  
culo prodit in honore Virginis Deipara, cui Christus  
e cruce Joannem ut matrem filium commendavit, Ordini  
auctoris fuit Robertus de Arbruffellis, Theologus Par-  
isiensis.

Cabassus, Notitia Ecclesiastica.